

capiundeis | esto, dum nei quid portori ab ieis capiatur, quei publica |
 populi Romani vectigalia redempta habebunt. Quos | per eorum fineis 35
 publicani ex eo vectigali transportabunt | (continuabatur
 in tabula deperdita).

Tabula aenea Romae rep. saec. XVI, nunc Neapoli (I 204; Ritschl tab. XXXI). Superest ex lege lata a C. Antonio (qui consul fuit a. 691) tribuno plebis et collegis eius de libertate confirmanda civitati Pisidiae, cui nomen fuit Termessus maior, anno ut videtur 685, certe non multum post 682 (cf. not. 5). — 1) Notula hac significatur tabulam esse primam ex compluribus legis de Termessis Pisidis maioribus. — 2) Nomina collegarum C. Antonii, scripta olim in aliis tabulis iuxta positis, quae perierunt (cf. Ritschl opusc. 4 p. 442), suppleta sunt ope lapidis quem infra dabimus in capite de operibus publicis. — 3) Sullam instituisse, ut tribuni plebis de senatus tantum sententia plebem rogarent, tradit Appianus (cf. Mo. Staatsr. III p. 158). — 4) maiorem aes. — 5) A. 682. — 6) Therm. mai. Peis. vocabula abundant. — 7) A. 663. — 8) Quae inclinatis dedi, hodie in aere oblitterata sunt, sed servata per apographum factum saec. XVI. — 9) Coepit anno 666. — 10) loca aes, emendavit nuper Mommsen. — 11) eds aes. — 12) loca aes (cf. not. 40).

39 L. Cassius Longin. | procos. | Tempe muiviv.

In valle Tempe, ubi ascenditur in montem Ossam, vivae rupi incisum (III 588). Est legati Caesaris L. Cassii Longini, quem ante pugnam Pharsalicam Caesar in Thessaliam misit, Caes. b. c. 3, 34. 33, Dio 41, 4 (Mo.).

40 [P.] Serveilius P. [f.] | Isauricus procos.¹ | res[*tit*]uit.

Londinii, advecta sine dubio ex Asia, semel descripta saec. XVII (I 622. III 462). — 1) Cos. a. 706, proconsul Asiae a. 708. Eiusdem proconsulis alios titulos tam Latinos quam Graecos Asianos habes III suppl. 7097. 7098 cum adn.

41 L. Plancus L. f. cos., | imp. iter., de manib.

Romae rep. in foro sub Capitolio, aliquoties descripta saec. XVI (VI 1316). — L. Munatius Plancus, cos. a. 712, post triumphum de Raetis d. 29 Dec. 714, aedem Saturni fecit de manibiis, teste titulo sepulcri eius, quem infra dabimus. Nota hunc lapidem repertum esse non ita longe a ruderibus aedis Saturni restitutae a Planco.

42 Cn. Domitius M. f. Calvinus | pontifex, | cos. iter., imper., | de manibieis.

Romae, basis rotunda, rep. in monte Palatino (VI 11501; Huebner ex. scr. ep. 48). — Calvinus fuit cos. a. u. c. 701, iterum a. 714, triumphavit ex Hispania a. 718 (fast. triumph. Cap. et Barb., Dio 48, 42). Extant nummi quos ipse cudi iussit in Hispania, (Eckhel 3, 205), in quibus et imperator dicitur et repraesentantur insignia pontificatus.

TITVLI CLARORVM VIRORVM POSITI A POSTERIS.

43

[Q.] Fabius Q. f. Maxsu- L. Aem[il]ius L. f. Paullus¹ P. Cornelius Paulli f. Scipio
 aed. cur. [mus co[s. II] cens. augur Africanus cos. II cens.
 tr[is]umphavit ter augur triumphavit II